Tame si per pauci reperiuntur medici, qui Hyoscyaminum oleum nouerint, ne dum in usum receperint unquam; ego tandem id ipsum plures confici. Siquidem ad tollendos omne genus dolores, ubi catena praesidia non iuuerint, efficacissimum est medicamentum, præterim ue inflammationibus pudendorum triuia sexus. Item acutissimus aurum doloribus medetur cum caffore, vel croco infillatum. Prohibet præterea gonorrhœam, renibus & testibus illitum. Mensum exuberantiam cohibet, & albicanis veteri profluvia, tum pubi & lumbis pernictium, tum pessis infusum. Mannis à parti inflammati utiliter illitum. Dentium doloris mirificè mulcet, si tepidum in ore continetur. Pilorum exortum admodum retardat, alijs quibusdam additis; ita ut euuli pili integro anno non renascantur, si eodem depilata loca, sepius perungantur. At ipse in eo faciendo Dioscoridem minime feci sum, sed aliam parandi rationem adiunxi, que hac est. Sumit nouum, siccumque hyoscyami semen, tundit deinde, ponitque in flanneo, vel virro vase, ardenti aqua que è vino fit, parumper prius affluit. His factis ponito vas in calentis aqua balneo die, ac nocte, dum adhuc feruens fac celiuimponit, & prelo subiicit, sicque oleum habeto. Quod autem è grano Gnidio, quod rufi ci Ananenses montanum pī per appellant, paratur, receives hoc aeo à medicorum vī, eo quod in deciaying alio violentissimum sit medicamentum. rufi ci tamen apertissimum, cum sapī, non medicos consulat, coccum Gnidium deuorunt; que etiam sepius morte occidunt. Torrò Cnicinum [vī] Melches inquit] potum aqua intercute laborantibus, viscerum obstrunctionibus, ventrici, & colicruciatibus a flatuoitem genitis, efficax est. Suspiriosi mirifice profest, & vocem clarificat. Epotion pituitam tum vo mitibus elicit, tum per inferni ducta. Raphaninum præterea, & Melanthinum abolevit, fuscit etiam Sinapinum: esti ubi ad summum exal/fare opus fuerit, maximam open præflare valeant. Sinapinum verò non nisi collacrymantibus oculis exprimi potest; tanta enim est vaporis acrimoniam, vt concepto vapore, illico prodeant lacryme. Nisi ceter quandoque cum eo, quod è pīfacie nubes elicitor: perunganturque co genitalia in frigidis, ut felicis cocant, addito la/ere, & mojcho.

Hyoscyaminū
uit.Hyoscyam.
tandi ratio.

Gnidinum.

Cnicinum.

Raphaninū.

Melanthinū.

Sinapinum.

Mopōinov ιανος

MYRT E V M O L E V U M .

CAP. XXXVII.

MYRTI faciundi ratio hac est. È myro nigra, sylvestri, aut sativa, foliorum molifissima quæque tufa premuntur: fucco pares omphacini olei portiones adiiciuntur, subiectisque carbonib. inferuntur, donec cōcoquantur: innatas oleum deraditur. Sed longe facilior hæc compositio. Tenera folia contusa coquuntur in o'eo & aqua, & quod innata, exmitu. Priuatum alij deciēta in oleū folia in sole macerantali prius oleum intipitant malicorio, cupreso, cypero, & junco odorato. Efficiacus est amarum gustu, & oleosum, viride, translucens, & olens myrtum. Astringit, & indurat: medicamentis milletur, quæ cicatricem obduncit: profest viceribus in capite manantibus, ambubus igni, & papularum eruptionibus. Facit ad attrita, & furfures, fedis rimas, condylomata, articulos laxatos: corporis sudores compescit: & ad omnia valet, quæ astrictionem, insipillationemque desiderant.

MYRTUM myropole serè omnes non quidem ex tenellis myrti frondibus, Dioscoridis more conficiunt, sed è fructibus tantum, nulla feruunt apariandis ratione. Quandoquidem myrti baccas contundentes, oleo, nigroque vino immiscunt, donec vinum totum absimulant: mox ab igne tollunt, percolant, & asservant. Neque animaduertunt conficiendi regulam à Melchis explicatam, siquidem in calentis aqua balneo, non quidem violento carbonum igne Myrtum parari iubet: ex oleo que omphacino fieri, non (ut ipsi parant) ex matris oliuis exprefso. Namque, ut balnei humenti, a leni calore olei compositione mirifice digerirur, ac ies omnes conferuant partescit contra violento igne subito pervertiatur, & destruitur totarei compositio. Sed quoniam reipublica beneficio ut etiam ab ipso exordio pollicitus sum, decreui non prætermittere quicquam, quo errore, qui indies contingat, è medio tollantur, dico, oleum omnem quod officina ad medicamenta perfundit illud ex aio, quod ab arborum oleo, resipiriumpque allarum gummi, vitris organis per sublimationem, ut chymista vocant, elicitor. Vale virro, vel saltene flanneo in balneo calentis aqua fieri debet: & mihi primum impositis imponendis tribus diebus macerari: post tertium vero diem expressis cinctis primi impositis, & recentibus infusis pari temporis spatio, eodem in balneo, edem macerari. Itaque tundit opus propefundit, donec fibi oleum amplissimas exceptorū medicaminum compateretur tñres. Verum ingens hominum luci auditas, aurique ingluies, ut admodum superlucentur, arcangue auro ad simoniam quæque implicant, non patitur myropolas necessarium tempus impendere ad medicamenta exalte paranda, eos, inquam, qui continuè magis crumenis intendunt, & inhant, quam ut vita, egrotantium fatigant. Probi tamen, & diligentes hęc mea verba boni consulant, his vero mali errores emendent suos. Idcirco Myrtum oleum, quod myrti præstans ad plenum referat, hoc modo temperatur. Sumit fructuum myrti libran, foliorum eius recentium uncias decem, & in nigri astringentes libras duas, olei omphacini libras quinque: deinde contulit baccis ac folijs omnia oleo excipit, & usque virro, vel flanneo repento, telesque uafis ore in balneo calentis aqua immergit, & post tres dies extrahit, ac percolato. Rursum assumptis recentibus baccis, folijs, & uno, ut ante oleo exceptis, in eodem balneo omnia reconditio ad terram usque diem. At postremo uafis ore detecto, tundit id apertum finito, donec balnei feruore uniuersum exilit, & oleum tantum remaneat. Nec audiendi sunt q̄, qui Dioscoridis testimonio, eneo cacabo (ut supradictum est) substraſis car-

In mytro offi
cinatū lapſusOlei oīs gene
ris parandi
ratio.Myrtle para
di tatio.Myrtle para
di tatio.

bonibus Myrticin conficiunt. Quippe Diostoridis tempore ars medica non adeò exulta erat, quin nec seplasifaria, ut nostra hac atat esse visitar. Quamobrem putandum, quod si huius balnei artificium Diostoridi innoveret, ipsam haudnquam silentio praterisset, veluti nec illud Mefius, nec alijs complures pratererant, qui summo studio, & diligentia medicam facultatem excoluerant, & in ordinem redegerunt.

Δέπιον έλαστ.

LAVRINVM

OLEV M.

CAP. XXXVIII.

LAURINUM fit hoc modo. Lauri baccae cùm maturæ sunt in aqua coquuntur: siquidem ex obducto cortice quandam pinguitudinem reddunt, qua manibus subacta, concha excipitur. Alij omphacium prius oleum cypero, unco odorato, & calamo in�stant, deinde tenera lauri folia concoquuntur, alijs etiam baceas, donec oleum odorem contraxerit. alijs ftyracem, & myrram addunt. Optima laurus ad id latifolia, & montana. Oleum laurinum virilius, quo recentius, quoque uridius colore, amarissimum, & acre. Vis ei exalfactoria, emollientis: uenarum spiracula aperit, lastritudines disicut: omnibus nero uoruimutis, algoribus, deltilationibus, aurum doloribus, malis renum frigore contraactis, illitū non aliud iuuant, attamen potum nauseam parit.

Laurini confederatio.

Laurini uires

LAURINI conficiendi ratione aliter à Mefius institutum legimus, sed tamen ab hac parum recedentem. Ideoque quod id parum, vel nihil referat, rem ipsam silentio prætereundam diximus: præferimus quod non me lateat, Laurinum, cuius est usus in officinis, & seplasifariis nequaquam fieri, sed ab alijs confectionem emi, qui letitia magna lauri baccarum quantitate ipsam eliciunt arte exercunt. Mefius præter facultates à Diostoride tradidit, id summe laudauit & ad incensum dolores, & ad hemiceram, qua frigidis contrahitit succis. Quin & ad ventriculi dolores, colivulue, & licenis efficit esse tradidit.

Σχίνων έλαστ.

LENTISCI NVM OLEV M.

CAP. XXXIX.

SIMILIS Lentisci ratio. Nam è maturo fructu temperatur, factis prius spissamentis: ut in laurino diximus. Hoc scabiem iumentorum, canumque sanat: utilissimum pessis, acopis, & leprarum medicamentis: sudores cohabet. Nec secus Terebinthinum fieri solet: quod t̄ refrigerat, & astrinxit.

Lentisci pa-

randi rano,

& uires.

LENTISCINUM pluribus in locis Hetruria conficitur, sed præsertim in agro nostro Senensi, Ilua, & Cilio Tyrrheni insulis, non longe à continentis nostra distantibus. Fit autem ab incolis hoc modo. Racemos lentisci baccas afflant, & à putaminibus cunctis expurgant, permittuntque aliquot diebus simul facescere: deinde magnum in ahenum collo cantu affusa aqua: & igni raudiuferunt, donec bacca debitant: denum extrahunt, & saccis includunt, preloque subiiciunt, ex prefissumque afferuant oleum. Quod & quibusdam Adriatici insulis hac similiter ratione confici audio, abesse alterius cuiusvis olei admicatio: siquidem fructus is per se oleum emitit. Incolle (ut experimento comprobatum affirmant) ad auendam oculorum aciem, caliginesque delendas, illud cibis commiscant. At ego eo sibi usus sum magno fane iumento in dysentericis, non quadam potu exhibito, sed clysteribus infuso. Lentiscinum suum laudibus extulit Calenus libro v. de comp. medic. secundum locos, ad gingivaram, & lingue inflammationes, si os eo collutatur. Quod autem fit è fructibus terebinthi, quos Manritani grana uridia nuncupant, non fit in Italia, neque ad nos (quod equidem sciam) aliunde Terebinthini confederatio, & uires. Conuechitur: proinde non uenit in vim. Hoc tamen (ut Mefius inquit) vulnera confolidat. Medetur item conualis opisthotonics, neruorumque duritis, & crebrerrime cataplatiatis adficietur.

† In his verbis mendum subfece putamus, ut etiam doctissime adnotauit Manardus Ferrarensis lib. VIII. epist. prima. Alius siquidem sibi ipsi repugnat si Diostorides, cum scripserit in Terebinthi mentione eius fructus exalcatissimæ; hic vero dicatur, oleo ex eisdem parato in sepe refrigerandi facultate. Huic deputata letiō illud quoque refragatur, quod sint nobis Graci Diostoridis codices, in quibus verba illa de Terebinthi olei facultatibus non leguntur, sed de eius tantum conficiendi ratione mentio habentur.

Μαστιχινού.

MASTICHI NVM OLEV M.

CAP. XL.

MASTICHINUM è trita fit mastiche. Quod contra omnia vulue mala efficax est: mediocriter calsat, atringit, & emollit. Aduersus prominentes stomachi duritas, celiacorum, dyentericorumque cruciatus utilefaciem emaciat, & colorem nitidum facit. optimum in Chio insula componiatur.

Seplasifarioū

lapius.

MASTICHINI parandi rationem, sanè quam paucis Diostorides perfrinxit. quippe è trita tantum Mastiche fieri tradidit. nulla alia explicata conficiendi ratione. Seplasifari autem nonnulli prorsus oblitii scripsisse Mefium in balneo calentibus aqua Mastichinum confici debere, communis oleo, albo vino permixto: mastichen admiscit, & aere uafe carbonum igni admodum, ibique tanto tempore efforuerescere sinunt, quod vinum prorsus exiliat, ac inde vsus affuerant. At ipse virreis organis è purissimo tantum mastiche illud sibi confecit.

Μεψε σαβασις.

VNGVENTORVM COMPOSITIO.

CAP. XLI.

DERATIONE unguentorum consequenter tractandum existimauimus, quandoquidem ea in nonnullis corporum uitis, aut medicamentis misita, aut corporis perfusa, aut naribus obiecta, plurius profunt. in quorum probationibus consulere nares oportet, an ea oleant, ex quibus reperantur. Optimum, huiuscmodi iudicium, quod tamen in quibusdam planè obseruari non potest, propter ea, quæ admiscentur, odore ceteris praevalentia: ut in amaracino, & crocino, telino, & plerisq; alijs, quæ cerebra circa hæc meditatione experiri conueniet.

ROSA-

P'f'nsor.

ROSACEVM.

CAP. XLII.

Rofaceum sic fit. Iunci odorati quinque libras & besiem tundito, & subactas aqua in uiginti olei libris: & quinunce subinde mouendo, coquito: dumque percolaueris, in olei libras uiginti, & quincuncem, adjicito rofas, & non madefactas numero mille, & manibus melle perunctis idcidenti moueto, interdui premens, sinito nocte tota macerari, postea exprimite: & ubi recremētūm perfume ierit, mutato uafe, in craterem melle illūtūm recondito. Cæterum rofas, quæ ante pressæ fuerunt, in labellum demittito, & effusis octo libris & quadrante spissatis olei, iterum premito, eritque secundarium oleum. Quod si tertias usque, quartasque perfusiones infundens exprimere uoles, secundarium fiet, tertiarum, & quartarium unguentum. Sed quoties id feceris, uasa melle oblini debent. Si vero secundam a infusioni nisi tute libet, in expremisse oleum, numero pari recentes rofas, nullo b' hu- more imbutas injicito: manibus melle præmadefactis agitas premito: & iterum tertio, aut quartō simili modo exprimens facito, totiesque recentes rofas detractis unguibus immittito: fiet enim ita oleum multo validius. nam leptis oleum rofarum infusionem admittit, nec amplius. Præsum mel le perungatur, oleum à succo diligenter feceris, nam si minimum quid relinquitur, vnguentum corrumpet. Alij autem detractis unguibus, rofas tantum oleo macerant in sole hoc modo. Ro- fas, quæ selibram pondere æquant, in faxtorio olei diebus octo madefcunt, & usque ad tertiam perfusionem quadranginta diebus infolantur, & sic oleum reconditor. Alij calamo, aut aspalathio prius olei spissamenta faciunt. Alij coloris caufa anchusam admiscent, & salem, quæ minus oleat. Vim afrin- gedì, & refrigerandi obtinet: fomentis, & cataplasmatis utilit. Portum soluit alium: stomachi ardore refluxit: vlerca caua replet, & mulcet, quæ cacoerit uocantur: vlercibus in capite manantibus arti: feruidis eruptionibus illinitur: caput dolēs eo perfunditur: dentes inter initia doloris collui prodefit: ad genarum duritias illūtū efficax est: ad lacestata interanca, & cōcitatas valvas utilissime subiicitur.

spissatis. i. tu-
bras. Antic.
codice haber.

a Meū s'mp'e
nū. Litteratio
nem.

b Meū s'ggo'.
z. Litterarū.

Hoc sub olei nomine comprehendit Dioſcorides oleum omne, quod per se tantum, nulla alterius olei admisitione, aut ex arbōrum fructibus, aut berbarum diuerſorum generum feminis, aut ſirupum refini elicetur. Sed unguenti appellatione intelligit oleum, nonne genus, cui, & odoramenta, & alia simplicita medicamenta admittit entur: ut in Rofaceo agens, & deinde in frequenti manifeste ostendit. Quo fit, apud Dioſcoridem oleum vocetur, quod simpliciter ex pre- sumit; unguentum vero oleum quolibet, cuius componeendi ratio pluribus confles medicamentis. Quapropter Galenus libro v. 1. ſimpl. medicamentorum de oleo agens, sic inquit. Ex diſis cognoscere tam liceat, & de alijs olei generibus, quæ equi- uoce ipsi dicuntur unguentis, puta rofaceo, melino, liliaceo, & quecumque id genus floribus, fructibus, germinibus, folijs in oleo maceratis conficiuntur. Horum quodque ubi rna cum aromatibus preparantur, vnguentum efficitur. Cæterum oleum rofaceum, quod hoc tempore officina complectum appellant, a Dioſcorido rofaceo longe diffidet, quod etiam ex pro- flantius exiftimandum est, summum ob artificum, quod in ipsa parandi ratione diligenter adhibent myrope. Quod co- rum tamen perpauci ita ut ingenium eī multorum à labore proclue ad ignaviam) illud secundum Meficum temperant, tameſi plures ab eo optimo rofacei conficiendi modum fint consecuti. Fit etiam rofaceo rofis non affatim deliſcenti- bus in omphacium denifiſis, modo calentis balnei uiribus (ut in quibusdam alijs superius adnotauimus) modo inflato per- quam longo. Sunt & quī, ut magis uiribus preſet, oleum prius ex aqua rofacea lauent, deinde plusculo temporis ſpatio ter, aut quater rofas infundant, quæ hanc penitus faticant: demum expreſſione peracta; immaturū roſarum ſucuum adiiciunt; ac inde diu infant. Postremo oleum a fuco fecerunt, & diligenter affterant. Hoc inflammatione dicitur, roborat, adstringit, fluxionesque cohibet, ne ad aeras deflant partes. Potum torinibus, dysentericis medetur. Capitis vulneribus aptissimum est, quod roborat, ſiccat, reſoluat, inflammationesque non modo prohibeat, ſed etiam extinguit. Quo circa hac in re maximè probatus Galeno lib. 1. de comp. med. secundum locos, ubi de dolore capitū ſcribit, quī vel ex vulnerē, vel caſu excitatur. Cuius etiam meminit lib. x. ſimp. med. de fanguine agens.

Vnguentorū
conīd.

Rofaci conſe-
derato.

Rofaci om-
phacium.

Rofaci om-
phacium ut-
res.

E'ad'is.

ELATINVM.

CAP. XLIII.

Frac̄ta clate, tuſa, & ſcarificata, in labellum dejicitur: omphacium oleum triduo infunditur, mox per ſportulam exprimitur: verum pares eſſe debent utriusque portiones. dein mundo uafe ad uſus reconditur. Viribus rofaceo proportione repondet: alium tamen non mollit.

ELATINVM, quod ex Daſtylorum inyolucris antiquitus parabatur, bac noſtrate tempeſtate obſoleuit.

Mithim

MELINVM.

CAP. XLIV.

Melinum hoc modo temperatur. Olei congius decem aquæ ſextarijs admifetur. Adjicitur elata palmarum frāctæ quadrans, & iunci odorati uncia: quæ die vno macerata coquuntur, mox in uas oris patuli oleum excolatur, & indita arundinacea cratæ, aut rara tegete, cotonea mala ſuperponuntur, & veftimentis operata tantisper inibi resident, dum malorum uires ad ſe oleum alliciat. Aliqui cotonea decem diuerſis ſpatio experimentis uioluant, ut continetur odoris ſuauitas, nec euaneſcat: poſtea biduo macerata oleo exprimuntur, oleumque reconditur. Id uim refrigeratoriam, & aſtrin gentem habet. Contra ſcabiola vlerca, & que ſerpunt, ac furfures, perniunculoique effectum preberet: exulceratis vuluis infunditur: citatam urinam ſitit in fuluſum: fudores cohibet: contra cantharidas, bu- preſtim, pinorum erucas, bibitur. Laudatur maximè quod cotonea mala olet.

Me linii con-
ſideratio.

Melinum oleum ad hodiernum officinarum vſum hoc modo conficitur. Cotonea nondum plane matura in taleſis diſper- ma omphacino oleo macerantur, & uno ex eis expreſſo ſuperaddito infolantur. Deinde in calentis aquæ balneo iterū, & que iterum perfundantur, & extrahuntur, ut in alijs ſuperius ſtendimus.

S. v. 22. m.

OENANTHINUM.

CAP. XLV.

Oenanthe è labrusca, optimè olens postquam emarcuit, deicta in omphacium oleum mouetur uoluiturque: & cum biduo manerit, exprimitur, & reconditur. Alter ingit proximum rōcco effectum prebens: sed alium non resolut aut mollit. Probatissimum est, quod odore oenanthe refert.

Oenanthinum nullam à nobis requirit explanationem: quoniam à Dioscoride tam aperi produtus eius parandi ratio, ut non sit opus illud pluribus explicare.

Tib. nov.

TE LINVM.

CAP. XLVI.

Foeni græci librae quinque, calamilibra una, cyperi librae duæ, olei libris nouem, septenis diebus macerantur, quorū iē ter mouentur, postea premuntur, & reponuntur. Aliqui pro calamo cardam momum subflitunt, & cyperi loco xylobalatum macerantur. Alii oleo ante his odoribus spissato fænum græcum macerantes exprimitur. Hoc tleinum abcessus emollit, & cōcoquit: omnibus uulnharum duritij magnopere conuenit, fémoris difficile parentibus subiicitur, vbi p̄a excretishumoribus loci siccitatatem contraxerunt: sedis inflammatiōes lenit, tenebro subditum prodefit: ille cera ap̄tis manantia, fufuresq; expurgat, ambustis, & perminibus addita cera proficit: uitia cutis in facie emendar, pigmentis ad conciliandum faciei nitorem inferior. Eligio oportet recens, quod non vehe- menter foeni græci odorem p̄ce ferat, & manus abstergat, sapore ex dulci in amarum inclinato: tamen enim optimum iudicatur.

Ofcinaria Luminaria ex Rasis auctoritate aliā, quanuis exoletam, Teleni componendi rationem tradunt, in quo calamo odorato, & cypro elaterij bessem adiiciunt.

S. ap. 1. v. 22. m.

SAMPSUCHINUM.

CAP. XLVII.

Serpylli, caslie, abrotoni, florū sisymbrii, frondium myrti, sampuchī singulæ portions, quadam pro uiribus ipforum coniectione, una tunduntur, atque es omphacini olei modus adiicitur, qui madentium uires non euincat: hæc post quadratum exprimitur. denou noua alia simili mensura, & equali tempore macerata premuntur: ita enim validius reddi solet. Eligio oportet sampuchum eō loco ex atro uiridi, plurimum redolens, medicō crister acre. Vim habet acrem, calfactoriā, extenuātem: aduersus vuluæ præclusiones, conuersionesque efficax est menses: & secundas, & partus extrahit, vuluæ strangulatus recreat: lumborum, inguinique dolores lenit: sed cum melle uti eo præstat: quandoquidem vehementi affrictione locos indurat. Lassitudines illitum discutit: in opisthotoni- corum, vulforumque caraplatnata utilissimè additur.

Sampuchini coniud.

Quanquam ex Theophrasti, Dioscorides, & Plini sententia idem esse confiat sampuchum, & amaracum: cum tamen Galenus, & Paulus de his diuersis capitulo scorsum scriperint, eorumque temperamenta per gradus diffidere tradiderint; non ab eisdem nonnulli aliud esse sampuchum, aliud uero amaracum. Quorum opinionem auxit etiam Dio- corides, quod in his unguentorum compositionibus Sampuchinum, & Amaracum diuersis capibus digestetur. Quod si facile p̄rosequitur ad credendum induxit, has flumis tua facie, tum uiribus differet, hac ratione freti, quod si alterum ab altero non distaret, omnino præter rationem de his varijs in locis scripsit Dioscorides, alterum unguenium, Amaracum, alterum uero Sampuchinum appellans. Porro ut huiusmodi controverbia tollatur, ciendū est, si p̄pum eam, qua Galeno, & Paulo amaracum appellat, id sanū amaracum non esse, quod Theophrastus, Dioſ. & Plinius sampuchum vocare, sed potius (ut ego existimo) Marum, id quod etiam sentiunt clariorēs nostri feculi simplicium indagatores. Namq; Mari nec Galenus, nec item Paula quicquam prout in simplicium medicamentorum libris meminerint. Quare non deest suspicio, quia librariorum culpi, in Galeno Mari titulus in amaracum abierit: quandoquidem in eius tum gradibus, tum facultatis aſſignandis Galenus à Dioſcoridis Maro non longe recesserit. Sunt & qui neliunt apud Paulum, & Galenū id amara cum dici, quod Dioſcorides parthenium uocat: quippe & hoc quibusdam amaracum vocatur. Cuius rei indicium eſe existimat, quod tam Galenus, quam Paulus nullibi in simp. medic. libris aliquid de parthenio poseritatis memoria proddiderunt: quorum opinio non omnino reprehendit videatur. Catervum licet Dioſcorides Sampuchinum, & Amaracum diuersis per se capitibus meminerint; nō obſtit propterea, quod minus idem eſe possint sampuchum, & Amaracum. Siquidem diuersus de caſis ut alterum ab altero diſtingueret, Dioſcorides facile imp̄lūs fuit: quarum altera eſt, quod si diligenter animaduertantur uirorumque compositiones, utique Amaracum tum multò odoratus, tum Sampuchinum præstiosius indicabitur. Ideoq; aucto, eo quod nob̄d̄ unguentum hoc apprimē nobile intactum reliqueret, quodque ob eius claritatem id particulari deſcriptione dignum censebat, ut preſtantis diſcrimen faceret, utque etiam minus probatio a probatissimo dignoferetur, homonymiam immutauit, ipsu- que non quidem Sampuchinum, fed Amaracum appellare noluit: nam si id non fecisset, quodnam altero preſtantis eſet, discerni non potuerit. Huc accedit alia ratio, qua alterum Sampuchinum alterum v̄ero Amaracum Dioſcorides appellavit quod (ut libro tertio proprio capite legitur) in Cyzico (amplicius amaracum appellabatur, unde hoc unguentum insigne petuit. Et quoniam à Cyzicenis claris illius compofitoribus ex eorum more Amaracum vocabatur, salē nomenclatura Dioſcorides haud quaquam permutedam censuit. Quare ipsum in eadem reliquit appellatione, quam secum ex Cyzico tulerat.

Soluti o con-
trouerbie.Opinio quo
rundam.

Ceterum licet Dioſcorides Sampuchinum, & Amaracum diuersis per se capitibus meminerint; nō obſtit propterea, quod minus idem eſe possint sampuchum, & Amaracum. Siquidem diuersus de caſis ut alterum ab altero diſtingueret, Dioſcorides facile imp̄lūs fuit: quarum altera eſt, quod si diligenter animaduertantur uirorumque compositiones, utique Amaracum tum multò odoratus, tum Sampuchinum præstiosius indicabitur. Ideoq; aucto, eo quod nob̄d̄ unguentum hoc apprimē nobile intactum reliqueret, quodque ob eius claritatem id particulari deſcriptione dignum censebat, ut preſtantis diſcrimen faceret, utque etiam minus probatio a probatissimo dignoferetur, homonymiam immutauit, ipsu- que non quidem Sampuchinum, fed Amaracum appellare noluit: nam si id non fecisset, quodnam altero preſtantis eſet, discerni non potuerit. Huc accedit alia ratio, qua alterum Sampuchinum alterum v̄ero Amaracum Dioſcorides appellavit quod (ut libro tertio proprio capite legitur) in Cyzico (amplicius amaracum appellabatur, unde hoc unguentum insigne petuit. Et quoniam à Cyzicenis claris illius compofitoribus ex eorum more Amaracum vocabatur, salē nomenclatura Dioſcorides haud quaquam permutedam censuit. Quare ipsum in eadem reliquit appellatione, quam secum ex Cyzico tulerat.

S. ap. 1. v. 22. m.

OCIMINVN.

CAP. XLVIII.

Ocimum oleum fit ut cyprinum. Ocimi folia decerpta librarum undecim, & bessis pondo, die noctuque uiginti olei libris macerato, premito, colaro: cumque exhaustis quallum, rursus pa- rem olei modum fundito, & exprimito. Vocatur autem id secundarium, nam tertia perfusionis nō eiſi

est capax. Deinde recens oculum in aequali pondera, ut in rosaceo diximus, rursus maceratur, & cum tam tempore spatio madefactus exprimitur, & oleum reconditur quod si in animo fuerit ter, aut quater madefacte, semper oculum recens addes. Potest ex omphacino confisca sed illo modo melius. Idem quod sampsichinum potest, sed inefficacius.

A'gri*n.*

ABROTONIVM.

CAP. XLIX.

O Le cydrini odoribus imbuti libris nouem & quincuncem, foliorum abrotoni libras octo die nonne madefactas premito. Quod si in longum tempus oleum velis afferuar, eieciis prioribus folijs, noua appones, & macerata exprimes. Calfacit ad vulvae duritas, praeclosurenesque efficax est: menstrua, & secundas pellit.

A'gri*n.*

ANETHINVM.

CAP. L.

O Leti libris octo & dodrante, florum anethi libras undecim & bessem, maceratas in olio dic una, manibus premito, & recondito. Quod si iterum perfundere velis, recentes anethi flores co-similiter madefactio. Vulturum duritas emolit, venarum spiracula laxat, contra horrores febrium circuitu redeunt auxiliatur: calfacit enim, & lastitudines discutit: prodest articulorum doloribus.

t. πακεντι. antiqui. leg. Orib. Cneu- fa leg. Orio- rs et i. tandem.

Zetina

SVSINV M.

CAP. LI.

S Vnum, quod alii liliun appellant, sic temperatur. Olei librae nouem cum quincuncem, calami librae quinque & quadrans, myrrha uncia quinque, permixto odorifero uino decoquuntur, & collato oleo cardamoni tussi & celi aqua madefacta libra tres & semi macerantur, premunturque, tres librae cum semisse spissati olei allumantur, mille lilia decerpitus folijs, in latum, non tamen profundum, labellum demittuntur: iniectu oleum manibus melle pernentis agitat: die nocte quoque conquefecunt, & in pyxidi matutinis exprimitur: quod defluet oleum, proutius aqua, qua simul expressa fuerat colo incerti oportet: non enim, ut rosaceum moram tolerat, nam con calfactum feruet, & contumaciter quare sapientis decapulandum. Vala melle illinatum, tenuis sal infuscatus, & si qua fortes valis fauces habet, eximenda. Odorantissimam exquisitis ex quaflatio in labelulum transfusis, rursum olei prius odoribus imbundi, quod primum pondus aequet, & cardamomi tussi drachma decem conjunctur. Haec manibus scite pressa, interiecta breui mithra exprimitur: quod profluit, repurgatur. Tertio eadem infunduntur, adiecto cardamomo, & sale, & manibus melle madefactis. Longe optimum erit, quod prius exprimitur: secundum, quod sequitur: tertium locum ubi vendica, quod nouissimum prodit. Denou in mille lilia euulvis folijs expressum primò oleum infunditur: tum cadet ratio ne prolequendum, idemque faciendum, ut prius: addito cardamomo: dein expresso, fac eadem in secundo, & tertio, ut dictum est: & quo frequentius recentia lilia maceraueris, eo validius unguentum efficies. Denique cum factum abunde uidebitur, singularis compositionibus miscere conuenit myrra quam optimae duas & septuaginta drachmas, & croci decem, cardamomi quinque & septuaginta. Croci vero, & cinnamomi pares portiones tunduntur, & cibratæ in lutea cum aqua demittuntur, expressum primo vnguentum infunditur, & pati o post expiuntur usculis liceis, myrra, aut gomme arcta perulis, & croco, & melle, & aqua madefactis. Eadem fiunt in altera, aut tercia expressione. Aliqui simplex ex balanino, aliote ex oleo, & liliis componunt. Optimum esse conflatin Phœnicio, mox Aegyptio factum: sed cum primis laudatur, quod lilia fidele. Excalfacit, emolit: vulvae praeclosurees & collections aperit: utilissimum ad mulieribus mala vlerca in capite manantia, feredas eruptio- nes, uaros, furfuralesque emendat: vibices, cicatricesque celerrime ad colorem reducit, ita ut sape fallant. In summa extenuat: potum bilem per aluum extrahit, vrinam cict: sed stomacho alienum est, & naufragi parit.

Antiq. cod. le-
git. Zvēzaw
zg. Zvēzaw
p. i. frigida-
tates & infus-
mationes.

H Oc, quod ex lily temperatur: illud item, quod ex ocino, abrotono, anetho que conficitur oleum, cum vniuersitateque pa- randiatio per se clara sit, ideo nostris explanationibus non indigent. Ceterum Sustini compositione mibi quidem pluribus in locis libratorum potius, quād auctoris incuria depravata videatur.

Narcissus.

NARCISSINV M.

CAP. LII.

N Arcissini spissamenta ita fiunt. Sex librae aspalathi cum sextante tunduntur: olei eloti librae septuaginta cum vncis quinque assumentur. Aspalathus aqua madefactus in tercia olei parte coquitur: quo exemplo, calamus quinque libris & bessie adiicitur, cum myrra gleba confrunditur, cibra- taque ac vino veteri odorato immixta, decoquuntur: simulac autem cum ijs effervescerit, eximitur, refri- geratum oleum excolatur, cuius portio in labelum mittitur, flores narcissi quam plurimi coniuncti qui bidui spatio (ut in fusino dictum est) permotexprimitur. Oleum subinde decapulandum: si quidem celerrime putredinem sentit. Vale hoc ad molliendas vulvae duritas, praeclosurenesque: sed capitis dolores facit.

N Arcissinum, quod ego sciām, non paratur nostratisbus myropolis. quod mirum non est, cum id etiam Plinius state pa- rari distisset, ut ipse libro XIIII. cap. primo memoria prodidit.

Epi*n.*

CROCINVM.

CAP. LIII.

C Vm Crocinum componere voles, prius olei, ut in fusino diximus, spissamenta facies, eisdem pon- deribus, & mensuris: cuius olei libras tres & semi, croci vnciam unam allumes: identidem quotidie

quotidie inoueto, & sexta die, quām hoc assiduo peregeris, oleum à croco colis incerto, eidem croco parem olci modum adiicito: moue triduo, dein contusa myrrha, atque cibrata drachmas quadriginta permiscito, & in pila agitatum recondito. Aliqui oīo aromatibus ad cyprinū imbuio in crocini compositione vtuntur. Optimum est, quod abunde crocum spirat in medendū vnu experitum. Pro ximum quod myrrham referit. Calfacit, formum allicit: quare parē phreneticis subuenit perfusum, aut naribus admotum, aut illiū: pus mouet, vlerca purgat; contra vulva duritias. atque prælusiones, & vlerca quæ cacothe uocantur, prodest cum croco, cera, medulla duplice olei pondere: cō coquit enim, emollit humectat, & permutat ad oculorum glaucitates ex aqua illinitur. huic autem proportione respondent butyrinum, onychinum & styracinum: quæ etiū nominibus distant, viribus, & compositione cognata sunt.

Ku[m]y[n].

C Y P R I N U M .

C A P . L I V I I .

O Lei omphacini eloti pars vna, aquæ cœlestis tantundem cum semisse, cuius vna parte oleū diluit, altera adiicitiū odoramentis admiscetur. Dein aliū mptis spalathī libris quinque & semiſſe, calami lbris sex & semiſſe, mirra libra una, cardamoni libris tribus & dodrante olei libris nouem, & vncis quinque, & apalathus tuſus, & aqua aſſulus decoquitor in oleo, donec conſeruat: myrrha autenī vino vetero odoriferō ſubacta, contuſus ſimil calamus, digeruntur in oſtulas, quæ ex ample apalathio immittuntur, & vbi eſſer buerint, ſublato alioce oleum percolatur. Cardamomum rūſum reliqua aqua alſpertum infunditur, ſpatha agitatur, nulla, dū refrixerint, interpellatione. Post hec colato oleo in virginē oſto libras olei, floris ligulſtri, quod cyprum vocant, ſex & quadrangula libra ēt beſſe inſilluntur, quæ ſufficiēter madefacta per ſportulam exprimuntur. Quod si copiosius defiderit, idem recētū florū pondus inieictum ſimiſ modo prematur: & iterum aut tertii ſi quis velit, mā defaceri poterit, & ita reddetur efficacius. Eligi oportet bonum, quod cum odoris ſuauitate nares feriat. Aliqui cinnamomum addunt. Calfacit, emollit: ora ueniarum adaperit: vulva, neruorumque uitij conuenit, pleuriticis, fractisque, per ſe, uel cerato immittunt. malagmati imponi ſolent, quæ opifhoti nicias, angina laborantibus, inflammatione inquinum opitulantur: item in acopa adiicitur.

I[er]o[n]ym.

I R I N U M .

C A P . L V .

S Pathæ quām minutissimè contuſ sex libras ēt beſſe, in tribus & ſep̄tanginta libris & quincuncie olei, aereo vafe, additis decem aqua hemisini incoquito, quoad odorem accepiterit: poſtea in capulā melle oblitam colato: ex eo aromatibus imbuio oleo, irinum primò temperatur, iride ex oleo in ſpilla ro macerata, ut ſcripſimus. Sed alia eſt cōponendi ratio. In olei ſep̄tanginta libris & quincuncie, xylo balfamī (vt dictum eſt) contuſ libras quinque & textantem excoquito: poſtea detraçto xylobalfamī, tuſi odorat calami nouē libras & dextantem adiicit, & myrra glebam vetere vino odorato perfumā, & in olei ita odoribus imbuti quatuordecim libris, totidem tuſa iridis, binis diebus ac noctibus madefactio, ſtrenue & vehementer diſtringit. Quod ſi vī validius fieri, par pondus iterum ac tertio ſimiliter maceratur exprimito. Longē optimū eſt, quod ſolam irin olet, quale illud eſt, quod in Perga Pamphilia, & Elida Achaea cōponitur. Vim habet calfactioriam, atque emollientem: crufas adimit, fordiā vlerca & purrida purgat, cōfert febrim vluſus cauarijsitem inflammationibus eiſuēdū, atque præſcissionibus: partus cūcīt, hamorrhoidas recludit: contra aurī ſlonitus ex aeto, ruta, & amaris amygdalis, prodeſſi. diuturnis deſtillationibus, naribus illitum, & contra graueolentia carum vlerca quas ozænas vocant, auxiliarum alium purgat cyathus eptous: facit adileci circuſtati, vrinā mouet: difficultes vomitiones adiuuat, peruntis ex digitis & immifnis, vel ijs, que ad vomitum ciendum induuntur: angina etiam illinitur, aut ex aqua mulſa gargarizatus: item contra arterię ſcabritiam, datur etiā ijs, qui cicutam, coriandrum, aut venena fungorum haueſerunt.

Irini confide

Q Vanquam Irini preparatio (eſt enim per ſe clara, ſatis) non magis, quām Crocini, & Ligustrini explanari expoſitā: illud tamen ſilento minime præterēndū videtur, quod non iridi flores, ſed radices, cum haſe fragrant, illi uero male oleant, in hoc olei ſpiffamento impoſu debent. Quod eſt Diſcorides non explicaret, cū tamē vñ quanta odorum iuicidante commendatur, de iridis radice, non de floribus intellexisse Diſcoridem exiſtimandum. Quippe que & ſuā ſiſt oleant, & ad vnguentorū ſpiffamenta floribus præſtantiores habentur.

I[er]o[n]ym.

G L E U C I N U M .

C A P . L VI .

G Leucinū abſolutē conſtar omphacino oleo, iuncto odorato, calamo, Celtica nardo, ſpatha, aspa, & lathe, tertula Campana, coſto, & muſto: circumdati interīm vinaccis vafi quod aromata, viñū, & oleum conceperat. Tricenis diebus, bis in die mouetur, poſtea expreſsum oleum reconditū. Calfacit, emollit, remittit: horribus, & neruorum, vluſe que uitij auxiliatur. omni acopo iuantius, quippe quod emolliat.

Gleuci conſideratio

M Inimē quidem mirari licet, quod Gleuci parandi rationem ſimplicem appellauerit Diſcorides. Siquidem alia bātentia vnguentorū compositiones, que multo pluribus ſimplicibus conſtant odoramentis, ſicuti Colomella libri XIIII, capite L. aperiti indicat. Ceterum non poſte Gleucinū (ſi recte admittit ſimplicia conſidererunt) non rehementer exalfacere: tameſti Plinius lib. XXII cap. IIII. id tum adſtringeret, tum refrigerare ſcripſit. Quod evidēti argumento eſt, aut Plinius gleucinū, ſue muſicum, ab hoc Diſcoridis, & Colomella diuerſum eſt, aut Plinius non exatē illius temperamentum perpendit. V erum cū in lib. XV. cap. VI. ſcribat, gleucino muſicum incoqui in vapoſe leno, non ut alia ad moto igne, ſed circumdati pinaceis per ſe calentibus: videtur non parum cum Diſcoride conuenire. Quamobrem crediti Plinius lapſus, derum potius Plinius, cū dixit gleucinū refrigerare, lapſion ſuiffe, quām fecus. Nam etiū oleum omphacinū, cum quo